

6 # 5 8 # 10 4



BX1935  
.R451  
1755  
v.6  
c.1





1080047257

TRACTATUS  
DE  
REGULIS JURIS,  
CLARA METHODO

PER QUÆSTIONES, ET FUNDATAS RESPONSIONES  
*digestus; solidam earum, quæ Quinto & Sexto Libro Decretalium  
sunt annexæ Explicationem continens.*

ACCESSIT

APPENDIX OMNIUM REGULARUM JURIS CIVILIS  
IN DIGESTIS, TIT. DE REGULIS JURIS, CONTENTARUM.

AUTHORE


R. P. F. ANACLETO REIFFENSTUEL,

Ordinis Minorum S. Francisci Reform. Provinciæ

Bavaricæ Lectore Jubilato.

JURIS CANONICI UNIVERSI  
TOMUS SEXTUS.

CUM REPERTORIO GENERALI TOTIUS OPERIS.



ANTVERPIÆ,  
Sumptibus SOCIETATIS.

M. DCCLV.



49412



TRACTATUS  
REGULIS IURIS

CLARA METHODO  
ET QUAEVONAM ET QUAEVONAM ET QUAEVONAM  
RESPONSIONES

APPENDIX OMNIUM RATIONUM IURIS CIVILIS  
IN DIGESTIS TITULIS REGUM ET IN CONSTITUTIONIBUS

ET IN STATUTIS UNIVERSITATIS  
ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS

JURIS CANONICI UNIVERSO  
OMNIBUS SECTIS  
ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS

ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS  
ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS

ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS  
ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS

ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS  
ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS

ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS  
ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS

ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS  
ET IN ALIIS LEGIBUS ET ORDINIBUS

APPROBATIO  
REVERENDISSIMI ORDINARIATUS.

Imprimatur :

Frisingæ 15. Junii 1732.

J. B. J. de PFISTERN, &c. Cathedr.  
E. cl. Frising. Can. Capit. Concil. Eccl.  
Vice-Præfes, & Pro Vicarius Generalis.

APPROBATIO CENSORIS.

EX Mandato Reverendissimi ac Illustrissimi &c. in Spiritualibus Vicarii Generalis, Tractatum de Regulis Juris &c. à Theologis præviè revisum, ac approbatum, à bita attentione perlegi; cumque in illo nihil invenerim, quod Orthodoxæ fidei, aut bonis moribus adversatur: bene vero ea omnia, quæ in Titulo promittuntur, videlicet solidam doctrinæ claritatem, & claram, unâ cum perspicua, ac accurata tum SS. Canonum, tum LL. Civium allig. ione, Soliditatem d. prehenderim; Ideo præsentem Tractatum ad adhuc majorem, & immortalem Clarissimi Authoris famam non minus, ac ad permagnum legentium, præprimis in Dicasteriis versantium utilitatem, juris publici ut fiat, dignissimum censuro. Frisingæ 11. Junii 1732.

JOAN. JOSEPH. PLACIDUS SEBASTIANUS  
de MARALT, Rmi. & Seren. Principis &  
Episc. Frising. & Ratisbon. Consil. Eccl. ac-  
tual. nec non Insignis Collegiæ ad D. An-  
dread Canonici Capitularis.

Licentia & Approbatio Ordinis.

Fr. JOSEPH MARIA ab EBORA, Ordin. Min. R. g. Observant. S. P. N. Francisci  
Lector Jubilatus, SS. Congregationum Visitationis Apostolicæ, & Consil. Votans Indictis,  
Indulgentiarum, Reliquiarum, nec non S. & Universalis Inquisitionis Consultor, Episc.  
cop. Examinator &c. & in hac Cisnontana Familia tam Observantium, quam Re-  
format. & Discalear. Commissarius Generalis, & Servus.

Cum juxta Apostolicas, nostrique Ordinis Constitutiones per idoneos Censores  
revisum, & approbatum fuerit opus quoddam, cui Titulus est: *Tractatus de Re-  
gulis Juris &c.* addendus Juri Canonico Universo, per R. P. Anacletum Reiffensuel,  
nostræ Reformatæ Provinciæ Baviaræ Lectorem Jubilatum elaborato. Nos præsentium  
tenore, cum salutaris obedientiæ merito R. P. Fr. Thomæ Cantuar. Pruggmair, præ-  
fatæ nostræ Reformatæ Provinciæ Baviaræ Ministro Provinciali facultatem concedi-  
mus, quatenus, servatis in reliquo servandis, Typis illud mandare possit & valeat.  
Datum Romæ ex Ara cœli die 20. Junii 1732.

Fr. JOSEPH MARIA ab EBORA,  
Commissarius Generalis Ordinis.

De Mandato Paternitatis sue Rmæ.

Fr. JOANNES ANTONIUS de TAURINO,  
Secretarius Generalis.





## FACULTAS

Admodum Reverendi Patris Ministri Provincialis.

Cum à Reverendo Patre Anacleto Reiffensuel, Ord. Min. S. Francisci Reformatorum Provinciae Bavariae Lectore Jubilato Opus quoddam, cui Titulus: *Tractatus de Regulis Juris &c.* sit compositum, à duobus Theologis revisum & approbatum, plurimumque recommendatum, & omnia, quae de Jure in Editione Librorum sunt servanda, sint observata: tenore praesentium facultatem impertior, ut hoc laudatissimum opus pro utilitate publica Typis mandari possit. Actum Monachii 12. Julii 1732.

Fr. THOMAS CANTUAR. PRUGGMAIR,  
Ord. Min. S. Franc. Ref. Lector Jubilatus,  
Provinciae Bavariae Minister Provincialis.

### Censura Theologica.

**T**ractatus praesens de *Regulis Juris &c.* qui solus famosissimo aliàs Juri Canonico Univerſo R. P. Anacleto Reiffensuel Ordinis, ac Provinciae nostrae Lectoris Jubilati, adhuc defuisse videbatur, à pluribus utriusque Juris Peritis avidè desideratus, nunc tandem ad commune orbis Literati Sotium Typis vulgatur; qui sanè, sicut ipsummet celeberrimum opus (Jus videlicet Canonicum Univerſum ab eodem Praeclarissimo Authore in lucem editum) tam ob Doctrinae soliditatem, quam Styli claritatem, nec non perspicuam, captuque facillimam methodum, atque optimè ordinatam materiarum divisionem publicum per omnia meretur Praeconium. Textus efficaces, ex ipso fonte Juris Canonici ac Civilis copiosè desumpti, & repetitò de industria revisi, fidelissimè in eodem allegantur: Regulae ipsae per plures casus Canonico-Civiles summè proficuae magis explanantur: Fallentiae potiores, & in praxi frequentiores solemter adducuntur: neque objectiones, si quae occurrunt notabiliores, unà cum fundata earum solutione, ullatenus dissimulantur; ut proin firmiter nobis persuadeamus, expectationi atque spei de tanto Viro conceptae, ex integro ac plenissimè esse satisfactum. Et quoniam caeteroquin in toto hoc Tractatu Fidei, aut bonis moribus prorsus nil contrarium reperitur, eundem, uti luce publicà dignissimum, ita legentibus utilissimum fore censemus. Datum Monachii die 4. Junii 1732.

Fr. BRUNO MÆSSENHAUSER,  
Lector Generalis, & Provinciae Diffinitor.

Fr. MASSÆUS KRESSLINGER,  
iteratò Ex-Provincialis, & SS. Theolog.  
ac SS. Canonum Lector Jubilatus.

INDEX



## INDEX ALPHABETICUS REGULARUM LIB. V. DECRETALIUM.

- C**um in contemplatione &c. In ipſo causae initio non est à quaestionibus inchoandum. Reg. 61
- D**esit peccator, quia offendens in uno, factus est omnium reus. 9
- E**stote misericordes &c. Hòc locò nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi ut ea facta, quae dubium est, quò animò fiant, in meliorem partem interpretentur. Quod enim scriptum est, (*ex fructibus eorum cognosceis eos*) de manifestis dictum est, quae non possunt bono animo fieri: ut Stuprum, blasphemia, furta, ebrietates, & similia: de quibus nobis permittitur judicare. 2
- I**ndignum est, & à Romanae Ecclesiae consuetudine alienum, ut pro spiritualibus facere quis hominum compellatur. 11
- O**mnis res, per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur. 1
- Q**uamvis causae &c. Non enim potest esse Patris excusatio, si lupus oves comedit, & Pastor nescit. 10
- Q**uæ multoties &c. Quid, quid in sacratis Deo rebus, & Episcopis injustè agitur, pro Sacrilegio reputatur: quia sacra sunt, & à quoquam violari non debent. 7
- Q**ui ex timore facit præceptum, aliter quam debet facit, & ideo jam non facit. 8
- Q**ui scandalizaverit &c. Utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. 3
- Q**uod latenter, aut per vim, vel alias illicitè introductum est, nulla debet stabiliri subditere. 5
- Q**uod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. Nam & Sabbatum custodiri præceptum est: Machabæi enim sine culpa sua in Sabbato pigrabant. Sic & hodie, si quis jejunium fregit agrotus, reus voti non habetur. 4



## INDEX ALPHABETICUS REGULARUM LIB. VI. DECRETALIUM.

- A**ccessorium naturam sequi congruit principalis. Reg. 42
- A**dus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem. 50
- B**eneficium Ecclesiasticum non potest licitè sine institutione canonica obtineri. 1
- B**ona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur. 83
- C**ertum est, quòd is committit in legem, qui legis verbum complectens, contra legis niter voluntatem. 88
- C**ontra eum, qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio faciendae. 57
- C**ontractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur. 85
- C**ui licet quòd est plus, licet utique quòd est minus. 53
- C**um non fiat per eum, ad quem pertinet, quò minus conditio impletur, haberi debet perinde, ac si impleta fuisset. 66
- C**um quid prohibetur, prohibentur omnia, quae sequuntur ex illo. 39
- C**um quid unà vià prohibetur alicui, ad id alià non debet admitti. 84
- C**um quis in jus succedit alterius, justam ignorantiae causam censetur habere. 14
- C**um sunt parium jura obscura, reo favendum est potius, quam auctori. 11
- D**amnium, quòd quis suà culpà sentit, sibi debet, non aliis imputare. 86
- D**ecet concessum à Principe beneficium esse mansurum. 16
- D**elictum personae non debet in detrimentum Ecclesiae redundare. 76
- D**olò facit, qui petit, quòd restituere oportet eundem. 56

Reiffensuel Jus Can. Tom. VI.

43

Ea,



*Index Alphabeticus Regularum.*

<b>E</b> A, quæ sunt à Judice, si ad ejus non spectant officium, viribus non subsistunt. <i>Reg. 26</i>	Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur. 62
<b>E</b> um, qui certus est, certiorari ulterius non oportet. 31	Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur. 20
<b>E</b> xceptionem obijciens non videtur de intentione adversarii consistere. 63	<b>O</b> dia restringi, & favores convenit ampliari. 15
<b>E</b> x eo non debet quis fructum consequi, quod nihil extitit impugnare. 38	<b>P</b> eccati venia non datur nisi correcto. 5
<b>F</b> actum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari. 73	Peccatum non dimititur, nisi restituatur ablatum. 4
<b>F</b> rustrà sibi fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem à se præstitam servare recusat. 75	Pluralis locutio duorum numerò est contenta. 40
<b>G</b> eneri per speciem derogatur. 34	Plus semper in se continet, quod est minus. 35
<b>I</b> gnorantia facti non juris excusat. 13	Possessor malæ fidei tunc tempore non præscribit. 2
<b>I</b> mputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum. 41	Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum. 68
<b>I</b> n alternativis debitoris est electio, & sufficit alterum impleri. 70	Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur. 47
<b>I</b> n argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa. 78	Privilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona. 7
<b>I</b> ndulgià à Jure beneficium non est alicui auferendum. 17	Pro possessore habetur, qui dolo desit possidere. 36
<b>I</b> nfamibus portæ non pateant dignitatum. 87	<b>Q</b> uæ à Jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda. 28
<b>I</b> n generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. 81	Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi. 64
<b>I</b> n iudiciis non est acceptio personarum habenda. 12	Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum nullò magis admittendus. 71
<b>I</b> n re aliis promissis fidem non expedit observari. 69	Qui contra jus mercator, bonam fidem præsumitur non habere. 82
<b>I</b> n obsecris minimum est sequendum. 30	Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum. 72
<b>I</b> n pari delicto vel causa, potior est conditio possidentis. 65	Qui prior est tempore, potior est jure. 54
<b>I</b> n penis benignior est interpretatio facienda. 49	Qui sentit onus, sentire debet commodum, & contra. 55
<b>I</b> n re communi potior est conditio prohibentis. 56	Qui tacet, consentire videtur. 43
<b>I</b> ncipimus in obsecris, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit. 45	Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. 74
<b>I</b> n toto patrem non est dubium contineri. 80	Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. 67
<b>I</b> , qui tacet, non fatetur: sed nec utique negare videtur. 44	Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. 61
<b>I</b> s, qui in jus succedit alterius, eo jure, quo ille, uti debebit. 46	Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. 29
<b>L</b> oq'uetari non debet alicui cum alterius injuria, vel lætura. 48	Quod quis mandatò facit Judicis, dolo facere non videtur: cum habeat parere necesse. 24
<b>M</b> ora sua cuilibet est nociva. 25	Quod semel placuit, amplius displicere non potest. 21
Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. 33	<b>R</b> atihibitionem retrahere, & mandato non est dubium comparari. 10
<b>N</b> emo potest ad impossibile obligari. 6	Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore. 77
Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur. 79	Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum. 9
Non debet alicui alterius odid prægravari. 22	<b>S</b> cienti & consentienti non fit injuria, neque dolus. 27
Non est in mora, qui potest exceptione legitimam se tueri. 60	Semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum. 51
Non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum. 58	Semel malus, semper præsumitur esse malus. 8
Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet. 19	Sine culpa, nisi subit causa, non est alicui puniendus. 23
Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit. 18	Sine possessione præscriptio non procedit. 3
Non licet auctori, quod reo licitum non existit. 32	<b>U</b> tile non debet per inutile vitari. 37
Non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum. 52	



**INDEX**  
ALPHABETICUS REGULARUM  
JURIS CIVILIS.

<b>A</b> bsentia ejus, qui Reipublicæ causa absit, neque ei, neque alii damnosa esse debet. <i>Reg. 140</i>	contractibus: nam hoc servabitur, quod initio convenit; legem enim contractus dedit: excepto eo quod Celsus putat, non valere, si convenerit, ne dolo præstetur: hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est: & ita vitium. Animalium verò casus, mortis, quæque sine culpa accidunt, fugæ servorum, qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur. 23
<b>A</b> ctus legitimi qui recipiunt diem vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, hæreditatis additio, servi optio, datio Tutoris, in totum vitiantur per temporis vel conditionis adjectionem: nonnunquam tamen actus supra scripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehensa vitium adferunt: Nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promittit, ita eodem egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio existit: quæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum. 77	Creditor, qui permittit rem venire, pignus demittit. 158
<b>A</b> d ea, quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceletis, ignoscitur servis, si vel dominis, vel his, qui vice dominorum sunt (veluti tutoribus & curatoribus) obtemperaverint. 1) semper, qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet. 2) In contractibus successores ex dolo eorum, (quibus successerunt) non tamen in id, quod pervenit, verum etiam in solidum tenentur, hoc est, unusquisque pro ea parte, qua hæres est. 157	Cujus effectus omnibus prodest, ejus & partes ad omnes pertinent. 148
<b>A</b> liud est vendere, aliud vendenti consentire. 1) Refertur ad universos, quod publice fit per majorem partem. 2) absurdum est, plus juris habere eum, cui legatus sit fundus, quam hæredem, aut ipsum testatorem, si viveret. 160	Cujus est donandi, eidem & vendendi, & concedendi jus est. 163
<b>A</b> lterius circumventio alii non præbet actionem. 49	Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est. 53
<b>B</b> ona fides non patitur, ut bis idem exigatur. 57	Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest. 50
Bona fides tantundem possidenti præstat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non est. 136	Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti. 36
<b>C</b> onsilii non fraudolenti nulla obligatio est: cæterum si dolo & calliditas intercessit, de dolo actio competit. 1) Socii mei Socius, meus Socius non est. 47	Cum amplius solutum est, quam debebatur, cujus pars non invenitur, quæ repeti possit, totum est indebitum intelligitur, manente pristina obligatione. 1) Is natura debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus. 84
Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum & culpam: dolum tantum depositum & precarium: dolum & culpam, mandatam, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ negotia gesta (in his quidam & diligentiam) societates & rerum Communio, & dolum & culpam recipit: sed hæc ita, nisi, si quid nominatim convenit, vel plus vel minus, in singulis	Cum par delictum est duorum, semper oneratur peior, & melior habetur possessoris causa, si cur sit, cum de dolo excipitur petitoris: neque enim datur talis replicatio petitori. Aut si rei quoque in ea re dolo actum sit. 1) Illi debet permitti poenam petere, qui in ipsam non incidit. 154
	Cum Prætor in hæredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit: sufficit, si vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti. 127
	Cum Principalis causa non consistat plerumque ne quidem ea, quæ sequuntur, locum habent. 178
	Cum quis possit alienare, poterit & consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam ejus voluntatem habendam. 165
	Cum servo nulla actio est. 107
	Cum tempus in testamento adjicitur: credendum est pro hærede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicuti in stipulationibus promittitoris gratia tempus adjicitur. 17
	<b>D</b> ivus rescriptit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere possunt condemnandos. 28
	Domum suam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet. 61
	Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur. 82
	Ea



**Index Alphabeticus Regularum.**

**E.**  
**E**A est natura cavillationis, quam Græci *επιτροπή* (id est *acervalem Syllogismum*) appellant, ut ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur. Reg. 65.  
Ea, quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur. 135

Ea, quæ in partes dividi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur. 1.) In re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus justus est, quam tutius. 192  
Ea, quæ raro accident, non temere in agendis negotiis computantur. 64  
Ea sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perveniunt. 97  
Ejus est non nolle, qui potest velle. 3  
Esi nihil facile mutandum est ex solemnibus: tamen, ubi æquitas evidens poscit, subveniendum est. 183  
Ex penalibus causis non solet in partem de peculio actio dari. 58  
Expressa nocent, non expressa non nocent. 195  
Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet. 149

**F.**  
**F**actum à Jure, quod ad Officium ejus non pertinet, ratum non est. 170  
Factum cuique suum, non adversario nocere debet. 1.) non videtur vim facere, qui jure suo utitur, & ordinaria actione experitur. 2.) In penalibus causis benignius interpretandum est. 155  
Fœminæ ab omnibus Officiis civilibus, vel publicis remotæ sunt: & ideo nec judices esse possunt, nec Magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existerent. 1.) Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere. 2  
Favorabiles Rei potius, quam actores habentur. 125  
Fere in omnibus penalibus judiciis & ætati, & imprudentiæ succurritur. 108  
Fere, quibuscumque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis adquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Ut igitur nulla possessio adquiri, nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum. 153  
Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur. 93  
Fraudis interpretatio semper in jure civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur. 79  
Fructus rei est vel pignori dare licere. 72  
Furiosi, vel ejus, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est. 49

**G.**  
**G**eneraliter, cum de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per adversarium habere non poterit, considerandum est. 78

**H.**

**H**æredem ejusdem potestatis, jurisque esse; cuius fuit defunctus, constat. 59

Hæreditas nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuerit. 62  
Hoc jure utimur: ut quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis privatae crimen incidat. 1.) Deicit, & qui mandat. 2.) In maleficio ratihabito mandato comparatur. 3.) In contradibus, quibus doli prælatio vel bona fides inest, hæres in solidum tenetur. 152

**I.**

**I**D, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest. 11  
Imaginaria Venditio non est pretio accedente. 16  
Imperitia culpæ adnumeratur. 132  
Impossibile nulla obligatio est. 185  
In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda est ejus, qui eas protulisset. 96  
In ambiguis pro dotibus respondere, melius est. 1.) Non est novum, ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non poterunt. 2.) Quotiens æquitate desiderii naturalis ratio, aut dubitatio juris moratur, justis decretis res temperanda est. 85  
In condemnatione performarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habent, extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. 1.) Cum verbum *Restituas* lege invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi. 2.) Unicuique sua mora nocet: quod & in duobus reis promittendi observatur. 3.) dolo facit, qui petit, quod redditurus est. 173  
In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est. 1.) Ambigua autem intentio ita accipienda est, ut res salva actori sit. 172  
In eo, quod plus sit, semper inest & minus. 1. Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi si cum satisfactione. 2. Pupillus pati posse non intelligitur. 3. Ubi verba conjuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum. 4. Mulieribus tunc succurrendum est, cum defendantur, non ut facilius calumnientur. 110  
In eo, quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lucri facturus est, durior causa est petitoris. 33

In his, quæ officium per liberam fieri personas leges desiderant, Servus intervenire non potest. 1. Non debeo melloris conditionis esse, quam auctor meus, à quo jus in me transit. 175  
In jure civili receptum est, quotiens per eum, cuius interest conditionem non impleri, fiat, quo minus impleatur, perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset, quod ad libertatem, & legata, & ad hæredum institutiones perducitur: quibus exemplis stipulationes quoque committuntur, cum per promittentem factum esset, quo minus stipulator conditioni pareret. 161  
In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent; nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia Tutore auctore; agere potest. 5

In obscura voluntate manumittentis favendum est libertati. 179  
In obscuris inspicere solet, quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet. 114  
In omnibus causis id observatur: ut ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente eâ beneficium quoque deficiat: ubi verò genus actionis id desiderat, ibi ad æquæ persequitio ejus deveniret, non deficiat ratio auxilii. 68  
In

**Juris Civilis.**

In omnibus causis pro facto accipitur id, in quo per alium mora sit, quo minus fiat. Reg. 39  
In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsentis die debetur. 14  
In omnibus quidem, maxime tamen in Jure æquitas spectanda sit. 90  
In pari causa, Possessor potior haberi debet. 1. Hi qui in universum jus succedunt, hæredis loco habentur. 128  
In personam servilem nulla cadit obligatio. 1. Generaliter probandum est, ubicunque in bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris ejus conditio, pro boni viri arbitrio habendum esse. 22  
In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur. 12  
In toto & pars continetur. 113  
In toto Jure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est. 80  
In totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt. 76  
Invito Beneficium non datur. 69  
Invitus nemo rem cogitur defendere. 1. Cui damus actiones, eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit. 2. Cum quis in alii locum succellerit, non est æquum, ei nocere hoc, quod adversus eum nocuit, in cuius locum successit. 3. Plerumque emptoris eadem causa esse debet circa petendum ac defendendum, que fuit auctoris. 4. Quod cuique pro eo præstatur, invito non tribuitur. 156  
Is damnus dat, qui jubet dare: ejus verò nulla culpa est, cui parere necesse sit. 1. Quod pendet, non est pro eo, quasi sit. 169  
Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. 15  
Jura sanguinis nullo Jure Civili dirimi possunt. 8  
Jure nature æquum est, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorum. 206  
Jus nostrum non patitur eundem in paganis, & restituo & intestato decessisse; earumque rerum naturaliter inter se pugnare est, testatus, & intestatus. 7

**L.**

**L**ibertas inestimabilis res est. 106  
Libertas omnibus rebus favorabilior est. 122

**M.**

**M**arcellus: definit debitor esse is, qui nactus est exceptionem justam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. 66  
Melior conditio nostra per servos fieri potest, deterior fieri non potest. 133  
Minus est actionem habere, quam rem. 204

**N.**

**N**ec ex Prætorio, nec ex solenni Jure, privatorum conventionem quidquam immutandum est: quamvis obligationum causa pactione possint immutari, & ipso jure, & per pacti conventi exceptionem: quia actionum modus, vel lege, vel per Prætorum introductionem, privatorum pactionibus non infirmatur: nisi tunc, cum inchoatur actio, inter e. s. convenit. 27  
Nemo alieno nomine lege agere potest. 1. Tem-

poraria permutatio jus Provinciæ non innovat. Reg. 123  
Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet. 151  
Nemo de domo sua extrahi debet. 103  
Nemo dubitat, solvendo videri eum, qui defenditur. 95  
Nemo enim in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. Denique post litem contestatam hæredi quoque prospiceretur, & hæres tenetur ex omnibus causis. 87  
Nemo ex his, qui negant, se debere, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi lex inpediat. 1.  
Quoties concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, una quis experiri debet. 43  
Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio quod præstiterit. 171  
Nemo plus commodi hæredi suo relinquit, quam ipse haberet. 120  
Nemo plus Juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet. 54  
Nemo potest gladii potestatem sibi datam, vel cuius alterius coercionis ad alium transferre. 70  
Nemo potest mutare consilium suum in alicuius injuriam. 75  
Nemo prædo est, qui prædium numeravit. 1. Locupletior non est factus, qui libertum acquiritur. 2. Cum de lucro duorum queratur, melior est causa possidentis. 126  
Nemo, qui condemnare potest, absolvere non potest. 37  
Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt. 145  
Neque in interdictione, neque in cæteris causis pupillo nocere oportet dolum Tutoris, sive solvendo eis, sive non est. 198  
Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei suæ consistere potest. 1. Privatorum Conventio Juri publico non derogat. 45  
Neratus consulus, an, quod beneficium dare se, quasi viventi, Cæsar rescripserat, jam defuncto dedisse existimaretur? Respondit, non videri sibi Principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse; quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius æstimationem esse. 191  
Nihil consensui tam contrarium est, qui bonæ fidei judicia sustinet, quam vis, atque metus: quem comprobare contra bonos mores est. 1. Non capitur, qui Jus publicum sequitur. 2. Non videntur, qui errant, consentire. 116  
Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. 1. Cum principalis causa non consistit, ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent. 129  
Nihil interest, ipso jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. 112  
Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam perfolvi possit. Est cum solvendi tempus, obligationi additur, nisi eo præterito, peti non potest. 186  
Nihil tam naturale est, quam eo genere quidvis dissolvere, quo colligatum est: ideo verborum obligatio verbis tollitur, nisi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur. 35  
Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem. 119  
Non debet actori licere, quod reo non permittitur. 1. In re obscurâ melius est favere repenti, quam adventitio lucro. 74  
Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. 41  
Non



*Index Alphabeticus Regularum*

Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere. *Reg. 21*  
 Non defendere videtur, non tantum, qui laurat, sed & is, qui praesens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem. *52*  
 Non est singulis concedendum, quod per Magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. 1. Infinita estimatio est libertatis, & necessitudinis. *176*  
 Non fraudantur creditores, cum quid non acquirunt a debitore, sed cum quid de bonis diminuitur. 1. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest. *124*  
 Non omne, quod licet, honestum est. 1. In stipulationibus id tempus spectatur, quod contrahimus. *144*  
 Non potest dolo carere, qui imperio Magistratus non paruit. *199*  
 Non potest improbus videri, qui ignorat, quantum solvere debeat. *99*  
 Non potest videri desuisse habere, qui nunquam habuit. *208*  
 Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non: sed plerumque melior. *86*  
 Non solent, quae abundant, vitare scripturas. *94*  
 Non videtur cepisse, qui per exceptionem a petitione removetur. *12*  
 Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere. *51*  
 Non videtur data, quae & tempore, quo dantur, accipientis non sunt. 1. Qui iussu Judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet. *167*  
 Non videtur rem admittere, quibus propria non fuit. *83*  
 Non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse. *159*  
 Non vult haeres esse, qui ad alium transferre vult hereditatem. *6*  
 Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est. *88*  
 Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur. *55*  
 Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non potest. *109*  
 Nunquam actiones, praesertim poenales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumunt. *130*  
 Nuptias non concubitus, sed consensus facit. *30*

O.

Omnēs actiones, quae morte aut tempore pereunt, semel inclusae iudicio, salvae permanent. 1. Non videtur perfectae cuiusque id esse, quod ex casu auferri potest. *139*  
 Omnia fere jura haeredum perinde habentur, ac si continuò sub tempore mortis haeredes extitissent. *193*  
 Omnia, quae ex testamento proficiuntur, ita statim eventus capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint. *201*  
 Omnia, quae jure contrahuntur, contrario jure pereunt. *100*  
 Omnia, quaecunque causae cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt. *71*  
 Omnis definitio in jure civili periculosa est; parum est enim, ut non subverti possit. *202*  
 Omnis hereditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. *1*

Nunquam crescit ex post facto praeteriti delicti aestimatio. *132*

P.

Poenalia iudicia, semel accepta, in haeredes transmitti possunt. *164*  
 Parem esse conditionem oportet ejus, qui quid possideat, vel habeat, atque ejus, cujus dolo malo factum sit, quo minus possideat, vel habeat. *150*  
 Plerumque fit, ut etiam ea, quae nobis abire possint, proinde in eo statu sint, atque si non essent ejus conditionis, ut abire possent: & ideo, quod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & servitium in praedio imponere possimus. *205*  
 Plus cautionis in re est, quam in persona. *25*  
 Praetor bonorum possessorem haereditis loco in omni causa habet. *117*  
 Privilegia quaedam causae sunt, quaedam personae: & ideo quaedam ad haeredem transmittuntur, quae causae sunt: quae personae sunt, ad haeredem non transeunt. *196*  
 Pupillus nec velle, nec nolle in ea aetate, nisi apposita Tutoris auctoritate, creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo Tutoris auctoritas necessaria est. *189*  
 Pupillum, qui proximus pubertati sit capacem esse & furandi, & injuriarum faciendarum. 1. In haeredem non solent actiones transire, quae poenales sunt ex maleficio; veluti forti, damni, injuriarum vi bonorum raptorum injuriarum. *11*

Q.

Quae ab initio inutilis fuit institutio, ex post facto convalescere non potest. *210*  
 Quae dubitationis tollendae causae contractibus inferuntur, jus commune non laedunt. *81*  
 Quae legata, mortuis nobis, ad haeredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus: aliter atque quod stipulati sumus: nam & sub conditione stipulantes, omni modo eis adquirimus, etiam si libertatis nobis potestate domini, conditio existat. *18*  
 Quae propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi. *162*  
 Quamdiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus non admittitur. *89*  
 Quatenus cujus interit, in facto, non in jure consistit. *24*  
 Qui auctore Judice comparavit, bonae fidei possessor est. *137*  
 Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus: haeredi autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum legataris contrahit. 1. Non solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur. *19*  
 Quicquid in calore iracundiae vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit, iudicium animi fuisse: ideoque brevi reverfa uxor, nec divorthisse videtur. *48*  
 Qui dolo deserit possidere, pro possidente damnatur: quia pro possessione dolo est. *131*  
 Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiae, an id, quod peteretur, deberetur. Fidejussores quoque non minus, quam haeredes justam ignorantiam possunt allegare. *11*

Hæc

*Juris Civilis.*

Hæc ita de haerede dicta sunt, si cum eo ageretur: non etiam, si agit: nam plane qui agit, certus esse debet: Cum sit in potestate ejus, quando velle, experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. *42*  
 Qui in Jus, dominiumve alterius succedit, Jure ejus uti debet. 1. Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat causam, cur non debeat petere. *177*  
 Qui in servitute est, usucapere non potest: nam cum possideatur, possidere non videtur. *118*  
 Qui non facit, quod facere debet, videtur facere adversus ea, quia non facit. Et qui facit quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere iustus est. *121*  
 Qui per successionem, quamvis longissimam, defuncto haeredes constituerunt, non minus haeredes intelliguntur, quam qui principaliter haeredes existunt. *194*  
 Qui potest facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur. 1. Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest. *174*  
 Qui potest invitit alienare, multo magis & ignorantibus, & absentibus potest. *26*  
 Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur. *166*  
 Qui sine dolo malo ad iudicium provocat, non videtur moram facere. *63*  
 Qui tacet, non utique fatetur: Sed tamen verum est, cum non negare. *142*  
 Qui vetante praetore fecit, hic adversus Edictum fecisse proprie dicitur. 1. Ejus est actionem denegare, qui possit & dare. *102*  
 Quod a quoquo poenae nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur. *46*  
 Quod attinet ad Jus Civile, servi pro nullis habentur: non tamen & Jure naturali: quia quod ad Jus naturale attinet, omnes homines aequales sunt. *32*  
 Quod contra rationem Juris receptum est, non est producendum ad consequentia. 1. Uni duo pro solido haeredes esse non possunt. *141*  
 Quod evincitur, in bonis non est. *190*  
 Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. *29*  
 Quod ipsis qui contraxerunt, obstat, & successoribus eorum obstat. *143*  
 Quod iussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset. *180*  
 Quod nullius esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere. *182*  
 Quod quis, dum servus est, egit: proficere libero facto non potest. *146*  
 Quod quis ex culpa sua damnatum sentit, non intelligitur damnatum sentire. *202*  
 Quotiens dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit. *20*  
 Quotiens duplici jure defertur alicui successio, repudiatio novo jure, quo ante defertur, supererit vetus. *91*  
 Quotiens idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipiat, quae rei gerendae aptior est. *67*  
 Quotiens nihil sine captionem investigari potest, eligendum est, quod minimum habet iniquitatis. *200*  
 Quotiens utriusque causa lucri ratio vertitur is praefereendus est, cujus in lucrum causa tempore praecedat. *98*  
 Quo tutela redit, eo hereditas pervenit, nisi eum foeminae haeredes intercedunt. 1. Nemo potest

tutorem dare cuiquam; nisi ei, quem in suis haeredibus, cum moritur, habuit, habiturumve esset, si vixisset. 2. Vi factum id videtur esse, quia de re quis, cum prohibetur, fecit. Cuius, quod quisque, cum controversiam haberet, habiturumve se putaret, fecit. 3. Quae in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possint: perinde sunt, ac si scripta non essent. 4. Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quicumque alteri cavere potest. *73*

R.

Rapienda occasio est, quae praebet benignius responsum. 1. Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione cuiusque capit interpretationem. *168*  
 Regula est, quae rem, quae est, breviter enarrat. Non ut ex Regula Jus sumatur, sed ex Jure, quod est, Regula fiat. Per Regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & (ut ait Sabinus) quasi causae conclusio est: quae, simul cum in aliquo vitata est, perdit officium suum. *1*

Res iudicata pro veritate accipitur. *207*

S.

Secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. 10  
 Semper in conjunctionibus non solum quid liceat considerandum est, sed & quid honestum sit. *197*  
 Semper in dubiis benigniora praeferenda sunt. *36*  
 Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur. *9*  
 Semper in stipulationibus, & in ceteris contractibus id sequimur, quod actum est, aut si non appareat, quid actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in Regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque Regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum est, redigenda summa est. *34*  
 Semper, qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur. Sed & si quis ratum habuerit, quod gestum est, obstringitur mandati actione. *60*  
 Semper specialia generalibus insunt. *147*  
 Servitutum mortalitati fere comparamus. *209*  
 Servus Reipublicae causa abesse non potest. *211*  
 Sicuti poena ex delicto defuncti haeres teneri non debet: ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum pervenisset. *38*  
 Si in duabus actionibus alibi summa major; alibi infamia est, praeponenda est causa existimationis. Ubi autem aequiparant famosa iudicia, & si summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt. *104*  
 Si libarius in transcribendis stipulationis verbis errasset; nihil nocere, quo minus & reus & fidejussor teneatur. *92*  
 Si nemo subest hereditatem, omnis vis testamenti solvitur. *181*  
 Si quis obligatione liberatus sit, potest videri cepisse. 1. Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione summoverti. *115*  
 Si quis praegnantem uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse. *187*

T.



Index Alphabeticus Regularum Juris Civilis.

T.	Ubi non voce, sed presentia opus est, mutus, si intellectum habet, potest videri respondere. Idem in furdo: hic quidem & respondere potest. 1. Furiosus absentis loco est: & ita Pomponius libro primo epistolarum scribit. 124
T	Otiens in heredem damus de eo, quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur: non quotiens ex suo. 44
V.	Ubi pugnantia inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est. 1. Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt. 188
V	Ani timoris iusta excusatio non est. 184
	Ubicunque, causa cognitio est, ibi Prætor desideratur. 105
	Ubi lex duorum mensium fecit mentionem, & qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est: ita enim & Imperator Antoninus cum divo Patre suo rescripsit. 101
	Velle non creditur, qui obsequitur imperio Patris, vel Domini. 4
	Verum est, neque pacta, neque stipulationes factum posse tollere: quod enim impossibile est, neque pacto, neque stipulatione potest comprehendi, ut utilem actionem, aut factum efficere possit. 31



PROÆMIUM.



PROÆMIUM  
DE REGULIS JURIS  
IN GENERE.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio Ordinis.
- 2 Quid sit Regula Juris?
- 3 Declaratur exemplis ex Jure desumptis, & tribus seqq.
- 7 Regulae aliae sunt Juris Civilis, aliae Juris Canonici.
- 8 Multum conveniunt ad invicem, & promiscue citantur.
- 9 Regulae aliae sunt Authenticae.
- 10 Aliae non Authenticae, seu Brocardicae.
- 11 Authenticae habent vim Juris in casibus non exceptis.
- 12 Nulla Regula sine exceptione.
- 13 Regulae scire & applicare, maxima utilitas.
- 14 Quae observanda in applicatione, & seqq.
- 16 Exceptio declarat Regulam, & firmat eam in contrarium.



NTEQUAM explicandas Regulas Juris in specie assumamus, conducens videtur prius de earum natura in genere, earumque divisione, vi, & auctoritate, utilitate, & applicatione agere. Hinc Queritur I. Quid & quotuplex sit Regula Juris? Resp. I. Quamvis

Regulae nomen varias habeat significationes, & Etymologiam spectando derivetur à regendo, seu regulando, eo quod rectè ducat, vel normam rectè vivendi præbeat, vel distortum, prævumque corrigat, Can. Reg. 2. dist. 3. Tamen ad propositum, & in quantum ut Regula Juris consideratur, denotat sententiam generalem, quæ plura Jura seu leges & canones hinc inde dispersos de diversis rebus & casibus eandem rationem habentibus agentes, brevi ac claro compendio complectitur & proponit. In quo genuino sensu Regula Juris bene definitur l. 1. ff. de Regulis Juris illis verbis: Regula est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat: ubi per rem non denotatur res seu factum, vel causa in controversiam deducta, sed ipsam jus de variis rebus eandem rationem habentibus hinc inde fisis dispersum, quod per Reiffenstuel Jus Can. Tom. VI.

gulam breviter, compendiosè & clarè proponitur non ut ex Regulis Jus sumatur, sed ex Jure, quod est, Regula fit ff. ibid. Sicque non Jus ex Regulis, sed regulae ex Jure sumantur.

Pro majori intelligentia Regulae Juris, declaratur exemplis utriusque juris; sic etenim dum infames unus Canon à Prælatoris, & Beneficiis Ecclesiasticis, alius à Magistratu, alius ab officio Judicis & Assessoris, alius à munere Tabelhonis & Advocati arcet, cuncta hæc Jura & Canones diversis in locis positos unica Regula 87. Juris in 6. paucis verbis complectitur: Infamis portæ non pateant dignitatum.

Sic etiam quod in Jure disponitur, periturum non esse admittendum ad testificandum propter suspicionem perjurii c. T. stimonium. 54. de Test. & Attest. Item, uxorem non esse restituendam marito sevient ab eo digressam ob metum sevitæ. c. Litteras. 15. in fine de Restit. spol. deciditur unâ Regula Generali: semel malus semper præsumitur malus l. 8. de Reg. Juris in 6.

Sic pariter dispositiones Juris, quod Matrimonium defectu ætatis invalidum resolvatur in sponsalia. c. fin. de Spons. Impuberum: & Testamentum minus solemne non præjudicat piis legatis, c. cum esset de Testam. ac licet Donatio ultra quingentos solidos non insinuata sit invalida §. Alia autem 2. Infl. de Donation. valeat saltem pro minori summa, breviter comprehendit unica illa Regula: utile per inutile non debet vitari.

Romæ dum lex Civilis una fœminas ab officio Judicis, alia à tutela, alia à postulando, alia à fidejehendo removet, has cunctas leges in diversis locis de diversis actibus latis breviter jam comprehendit Reg. 2. in Pandect. Fœmine ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotæ sunt. Ut proin pro facilitate capti Regula Juris juxta dicta bene definiti valeat dicendo: Regula Juris est sententia generalis, quæ plura jura, seu leges & canones hinc inde dispersos, ac variis rebus eandem rationem habentibus agentes clare, ac brevi compendio complectitur ac proponit. Prout etiam in re com muniter eam definiunt Canonistæ & Legistæ.

Resp. II. Regulae Juris in primum dicto proprio sensu acceptæ alie sunt Juris Civilis, alie Juris Canonici. Regulae Juris Civilis sunt, quæ Juri Civili sunt intertæ, præteritum verò illæ, quas numero